

QVÆSTIO XV.

QVAERO decimoquintò, quò à persona ducatur coniectura, & præsumptio? Huius à persona coniectura præsumptio vsus est in iure nostro frequens admodum. Nā (ait Celsus in l. in fundo, in prin. ff. de rei. v. ed.) Index ex causis, & personis solet variè constituere, Quo circa Scævola in l. vltim. in fi. ff. de act. obli. vult argm ac coniecturā à personis sumi, an ex datus literis, exorta sit efficax obligatio. Et Arcadius in l. de minore. S. tormeta ff. de qu. Coniecturam vult duci à persona, vt ei in tormentis fides adhibeatur, vel non. Nam (ait ille) & ex sermone, & ex eo, qua quis cōstantia, qua trepidatione quod diceret, vel cuius existimationis quod; in ciuitate sua est, quæ dā ad illuminandam veritatem in lucem emergunt.

Et Mod. in l. defertorem. S. is qui. ff. de re milit. militi, quem militiam deseruisse dicitur, veniam dandam esse, quem inspecto vitæ eius præcedentis actu cōsueit. Ita Arrianus in l. nō omnes. S. à Barbaris. ff. eo. de re milit. vult iudicē spectare debere, qualis existimationis antea fuerit miles desertæ militiæ accusatus; plurimum si quidem vult ille tribui huic coniecturæ, bonæ existimationis. Quinimò & in graui illo malefactoris læsæ crimine, à personæ qualitate argm sumi oportere, censuit Mod. in l. famosi. ff. ad l. lul. Maest. an is, qui eo crimine impetitur, moliri in principē id potuerit. Pari ratione constituerunt Theodosius, & Honorius Imp. in l. vnica. C. si quis Impera. maled. maledicentiæ in Cæsarem accusatum, ad Cæsarem ipsum remittendum esse, vt ex personis hominum dicta penset, & vtrum prætermitti; an exquiri deat, ipse censet. Et Concilium Toletanum relatum in c. decenter. 79. dist. coniecturam ducit à personis quib. Pōt. Max. officia concessit, vt cum sanguine ei cōiuncti sint, affectione sanguinis id fecisse credatur. Et tandem Nicolaus summus Pōt. in c. Lotharius. 31. q. 2. præsumptione ducta à personæ tenuitate metū illatum Regi non fuisse scribit. Super sedeo hicalia his similia recensere, quæ suis locis vberius explicabimus. Cū autē personæ qualitas consideratur, multa in ea spectare solemus, è quibus coniectura vel ducitur; spectamus. n. vel bona corporis, vel animi, vel fortunæ. Corporis bona, sunt etas, sexus, valetudo, figura, vires, natio. Præsumptio itaque ac coniectura sæpè sumitur à ab etate, vt scripsit Spec. in tit. de præsum. S. species. nu. 1. Et n. coniectura, q. senex citius in ter viuos esse desinet q. iuuenis, l. nam & si parētib. ff. de inof. testa. & l. hereditatum. ff. ad le. Fal. & scribit Alc. in trac. præsumptio. reg. 1. præsum. 43. & suo loco dicemus. Ita coniecturam ab etate ducimus in c. fraternitatis. 34. dist. vt qui iā est maturæ etatis in posterum non sit incōtinens. Sic quoque dicimus impuberē pertractandis negotijs minimè idoneum esse, l. vlt. ff. de libera causa. & l. vlt. ff. de oper. seruo. & scribit præcitato loco Alc. præsump. 46. & nos suo loco vberius. Caccialu. in l. admonē di. num. 259. de iureiur. Et Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino, per coniecturā ab etate ducit delictū non esse commissum. Patrem (ait Cicero) occidit Sextus Roscius. Qui homo adolescentibus, corruptus, & ab hominib. nequā inductus, annos natus magis quadraginta. A sexu à coniectura sumitur, vt est cum dicimus mulierem ob sui sexum credi, ac esse viro minus constantē. S. mater. vbi gl. in auth. de nupt. & loco iam allegato, annotauit Alc. præsump. 47. Caccialu. in l. admonē di. nu. 259. & nos fusius infra. A valetudine à præsumptio sumitur, vt est cū afferimus, eum qui debilis est, non præsumi prouocasse, & aggressum fuisse alterū, vt scripsit lib. 2. de arb. iudicū. casu 363. n. 4. & dicā ēt paulò infra. A figura à coniectura ducitur, sicuti diximus ex mala hominis physiognomia eū psumi cōmississe delictum. Ita Bal. in l. 2. nu. 5. C. quor. app. non recip. Cicero in oratione pro Q. Ro-

scio Comædo. Oro atque obsecro vos: qui nostis vitam inter se vtriusque cōferre: qui non nostis faciē vtriusque cōsiderate: nōne ipsum caput, & supcilia illa penitus ab- rasta, olere maliciā, & clamitare caliditatē videtur, nōne ab imis vnguib. vsq. ad verticē sūmū (si quā cōiecturā affert hoibus tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijsq; constare totus videtur: q. idcirco capite supercilij sp. est rasis, ne vllum pilū virti boni habere dicatur. Hac etiam de re plura scripsit Aristoteles in libro Physiognomicon. & dicemus copiosè infra suo loco.

A virib. à præsumptio, atq. cōiectura desumitur, quæ admodum, qū dicimus eū prius decessisse credi, qui debilior imbecilliorq; erat, l. si mulier. ff. de reb. dubijs, & copiosè scribit Alc. in d. trac. præsump. reg. 1. præsump. 49. Ita dicimus quod is præsumitur à aggressor in rixa q. altero corpore fortior est, vt scripsit lib. 2. de arb. iudicū, casu 363. nu. 4. post Cypollam, Alciatum, & alios plures. A natione à coniecturam facimus, vt egregiè scribit Vlp. in l. quod si nolit. S. qui mancipia. ff. de adi. edic. cū ita scribit. Præsumptum etenim est quodā seruos bonos esse, quia non sunt nationis infamati, quosdam malos esse, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Et Plato in Dialogo 5. de legib. scriptū reliquit in hæc verba. Nec illud nos fugiat magnā esse locorum ad ferendū meliores peioresq; homines, differentiam. Quippe alij varietate ventorū, & turbine difficiles, & proterui sunt; alij pp aquas, alij pp cibos, qui ex terra non solum corporib. commodi, aut incommodi oriuntur, verum animis quoq; non minus. Hæc Plato. Et idē scripsit Isocrates in Arcopagitico. Et ex nostris Ioānes Royas in trac. de hæret. n. 206. egregiè Jacob. Simanc. Cathol. Institutionum. tit. 50. de præsump. nu. 8. & ibi. numer. 9. ait esse præsumptionē nimis generalem. Qua de re suo loco dicemus. Bona animi, à quibus sæpè etiam coniectura ducitur, hæc sunt, virtutes, vitia, studia, educatio, artes, inertia. Ducitur itaque coniectura, & præsumptio à virtutibus sicuti Arrianus in leg. non omnes. S. à Barbaris. ff. de re milit. coniecturā facit, à virtute bonitatis integritatique, cū ait, & si bonus miles, & c. Quare egregiè Cicero pro Cluentio ita scribit. Perinde, vt opinio est, de cuiusq; morib. ita quid ab eo factum, & non factū sit, existimari potest. Ita dicimus, quod à præsumitur is bene agere in senectute, qui bene egit in iuuentute, c. cū in iuuetute, de præsump. & dicemus infra lib. 6. præsump. 14. Et ab honestate vitæ sumi præsumptionem, & illam tollere contrarias suspiciones multis exemplis ostendit Tiraq. in trac. de pœnis legum, cā 51. num. 46. A vitijs cōiecturam facimus, vt semel malus, sp. malus in eodem mali genere existimetur, c. semel. de reg. iur. 6. Quo circa Arrianus in d. l. non oēs. S. à Barbaris. ff. de re milit. sumit à vitijs coniecturam non adhibendā fidei militi, qui ad hostes asseritur transfugisse, quod scilicet is transiugē emanfor esset, id est, vagabūdus, vt interpretatur Modestinus in l. 3. emanfor. illo tit. ff. de re milit.

A studijs à coniectura fit, c. ex studijs. de præsump. Et suo loco dicemus. Ab educatione à coniectura, & præsumptio sumitur, Nam (vt Plato in dialogo. 4. de repub. inquit) quale cuiusq; fuerit puerilis educationis initium, talia etiam erunt quæ sequuntur. Et, sicut Horatius ait. Quo semel est imbuta recens seruauit odorem, testa diu. Et alij per multis hanc coniecturam sic confirmat Simancas Catholicarum Instit. tit. 50. de præsumptionib. num. 12. & 13. & vberius nos suo loco dicemus infra lib. 5. præsump. vbi quod semel malus, & c. Ab artibus à sumitur præsumptio, & coniectura, sicuti dicimus illum fuisse aggressorem, qui arte gladiatoria est bene versatus. Ita scripsit lib. 2. de arb. iud. casu 363. ita præsumitur, quod medicus in re medica bene versatus sciat, an quis decesserit ex vulnere, vt dixi li. 2. de arbit. iud. casu 275. n. 11.

Ab inertia à negligentiaque coniecturam facimus, vt

facit & Arrianus in sapius allegata l. nō oēs. S. à Barbaris. ff. de re milit. ibi, si negligens aut segnis, & c. Ita in l. 20. filius fa. ff. ad S. C. Macedo. negligēs à contradicere sibi datis literis, consentire, & fateri in illis scripta præsumitur. Ita scribit Eleuterius Pont. Max. in cap. negligere. 2.

21 quæst. 7. eum præsumi consentire à facinori, qui ei, cū potest, obuiam non it. Et D. Hieronymus relatus in cap. scribam. de præsumpt. ita dixit, scribā eis multiples leges meas, ex quib. datis & neglectis apparet, quod has negligent. Et eo loci annotarunt Abb. & Imol. præsumptionem esse, quod is, qui negligētē studuit in iure Canonico, etiam negligētē studebit in iure civili. Et ab inertia & negligentia sumi præsumptionem probat, c. peruenit. 18. dist. & tradit Spec. in tit. de præsump. S. species. nu. 1. Bona fortunæ à quibus multoties quoq; cōiecturas & præsumptiones sumimus, hæc sunt: Genus, Affinitas, Patria, Amicitia, Opes, Honores. Coniectura itaq; à genere à ducitur, vt cum dicimus, filiū præsumi talem à esse qualē habuit Patrē. Quo sanē exēplo ad rē hanc rēctē vsus est Fabius lib. 5. in lit. orator. c. 10. Nam (ait ille) similes parentib. ac maiorib. suis filijs plerumq; creduntur, & non nunquam ad honestē, turpiterque viuendum, inde causa fluunt. Hinc dixit Seruator noster Matthæi c. 7. Nō potest arbor mala bonos fructus facere, neq; arbor bona malos fructus facere. Et Aristotelis etiam fuit sententia lib. 3. Politic. c. 8. contentancum est (inquit) ex meliorib. ortos esse meliores. Et rursum, lib. 2. Rhetor. ita scribit. Nemini est obscurum, qui ex bonis clarifque parentibus nati sunt, eos consentaneè fieri suis maiorib. nō dissimiles. Et iure nostro probatur in l. cum vnus. in prin. ff. de alimen. & cib. leg. & docuit Caccial. in l. admonē di. nu. 257. ff. de iureiur. aud. Et plura egregia congerit Simancas Catholicarum Institutionum, tit. 50. de præsump. num. 10. dicam infra lib. 5. præsump. 18.

25 Hinc presbyterorū filij à sacris arcentur, quod credatur luxuriæ incontinentiæque paternæ imitatores fore, c. r. 56. dist. c. venerabilem. vbi Abb. col. 4. de elect. Hæc tamen præsumptio est generalis, & ob id nō multum efficax, vt tradit Simancas in d. tit. 50. nu. 11. qua de re vberius suo loco dicemus. & Alc. lib. 1. præsump. 24. Ab affinitate ducitur præsumptio à coniectura, vt in casu l. Proenla. ff. de probat. quo loci Scævola coniecturam donationis factæ ab affinitate facit. Quem sanē locum explicauit lib. 2. de arbitrijs iudicium, & c. casu 88. Ita ab affinitate coniectura ducta, à parricidio: quo accusabatur, Roscium Amerinum excusabat atq; defendebat Cicero. Ab amicitijs sumitur à coniectura tam quā mala sunt, quam cum bonæ. Cum amicitia malorū extat, malè de eo præsumitur, c. quorūdam. 3. dist. c. sæpè. 28. q. 1. c. à nobis. de cohabit. cle. & mulier. quo loci hæc coniectura declaratur. Ita etiam ex amicitia bonorum, bona sumitur præsumptio. Salomon Prouerb. cap. 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit; amicus stultorum similis efficitur. Et idem cap. 22. Noli esse amicus homini iracūdo, neq; ambules cum viro furioso, ne forte dicas semitas eius, & sumas scandalum animę tuæ. Et Propheeta Psalm. 17. Cum sancto sanctus eris; & cum viro innocente innocens eris, & cum electis electus eris, & cū pueruo peruerteris. Hæc & alia egregia ad rem hanc congerit Simancas Catholicarum Institutionum, tit. 50. de præsump. nu. 14. & nos plura alia suo loco congeremus.

28 A patria sumitur à coniectura, l. quod si nolit. S. qui mācipia. ff. de adi. edic. Caccialu. in l. admonē di. nu. 257. ff. de iureiur. Et repeti hic posunt, quæ de natione diximus supra. Ab opib. coniecturam à facimus, vt cū dicimus diuite & opulentum nō præsumi à pretio corruptum, vel falsum testimoniū ferat, ita scribunt Bar. & ceteri ex illo tex. in l. 3. ff. de testi. & egregiè declarat Caccial. in l. admonē di. nu. 258. ff. de iureiur. & suo loco dicemus, diuiti. n. à maior fides adhibetur, iuxta illud Ec-

clesiastico. cap. 13. diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum eius vique ad nubes perducunt. Pauper loquutus est, & dicunt quis est hic. Ita eō contra dicimus diuitem opulentumq; præsumi à luxuriosè viuere, iuxta illud Euripidis in Hyppolito: vt refert Strobæus sermone 93. diuitiæ (inquit Euripides) aut cōtumeliā, & luxuriam pariunt: aut parcatatem in vita. Ab honorib. à ducitur coniectura. Nam dicimus, eum qui publicis honorib. à fungitur, præsumi virum bonū, & summe integritatis, vt ea quæ agit summa fide agat, l. 2. C. de offic. ciu. iud. in auth. vt defuncti seu funera cor. in princ. & in auth. de iudicib. in prin. Et qua de re copiosius dicemus infra lib. 2. præsump. 85. post Alc. in trac. de præsump. reg. 3. præsump. 9. Ita dicimus præsumi à pro principe qui summo eo principatus honore cōhonestatur. cap. ex tuarū. de auct. & vsu Pal. Alc. copiosè disserit præcitato loco præsump. 11. & ibidem præsump. 15. alio simili exēplo de officiali vtitur, & dicemus infra lib. 2. præsump. 83.

Præsumptio ex quibus animi affectibus colligatur atque ducatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio ducitur ab animi affectibus.
- 2 Coniectura ducitur à fletu.
- 3 Præsumptio colligitur ex animi trepidatione, mutatione vultus, & alijs, verum vel falsum testes dixerint.
- 4 Coniectura fit à taciturnitate.

QVÆSTIO XVI.

QVAERO decimosextò, an & à quibus animi affectibus ducatur præsumptio? Et ex multis à animi affectibus duci certum est. Ducitur enim à fletu, vt in cap. si verum. 31. Quæst. 2. quo loci coniectura sumitur, puellam liberè consentum non adhibuisse cōtractui matrimonij, cum flens consentit. Et à fletu præsumptionem duci scripsit Spec. in tit. de præsump. S. 1. num. 1.

Ita dicimus ex à animi trepidatione, mutatione vultus & similib. animi affectibus præsumptionem colligi, verum vel falsum testes dixerint, l. 3. S. 1. ver. tu magis. ff. de testib. Sic quoque in cap. afferte. de præsump. vbi ex commotione viscerum coniecturam fecit sapientissimus Salomon, matrem illam fuisse, quæ deprecabatur, ne filius diuideretur, sed potius alteri daretur.

Ita quoque taciturnitate à quæ ab animi affectu prouenit, sæpissimè præsumptio ducitur, vt annotauit Spec. in d. tit. de præsump. S. 1. nu. 1. & c. si rector. 43. dist. vbi gl. & Doct. Et alia hæc de re dicemus infra q. 22. in fi. Ceterum hoc intelligitur, à quando alioqui is loqui poterat. Non enim natura vel accidenti impeditus, tacendo animi affectum significare potest, c. cum paruulis. de consecrat. distinct. 4. & differemus infra lib. 6. in præsump. 66.

Præsumptio quomodo sumatur, atq; ducatur à causa, & quæ dicatur causa, & quorūplex.

S V M M A R I V M.

- 1 Causa est quæ significat an aliquid actum sit, vel non sit.
- 2 Causam ante omnia considerant Iureconsulti. & interdum ipsi facto præponunt.
- 3 Causa tam ad defendendum, quam accusandum consideratur.
- 4 Causarum varia sunt species.
- 5 Coniectura ducitur ab amore & dilectione.
- 6 Coniectura ducitur ab ira.
- 7 Coniectura sumitur ab odio.
- 8 Coniectura fit à metu.
- 9 Coniecturam facit cupiditas.
- 10 Ambiciens, & affectans honores & dignitates, habet contra se præsumptionem.
- 11 Coniectura desumitur à spe.

- 12 Coniecturam facimus à correctione.
- 13 Verbera illata à magistro discipulo suo præsumuntur ad emendationem illata, & ob id iniuriam non inferunt, nec pena digna sunt.

Q V A E S T I O XVII.

QVAERO decimo septimo, quomodo præsumptio & coniectura à causa desumatur, atque ducatur? Hic locus amplius est, & latissime patet. Causa enim illa est, quæ significat, an aliquid actum sit, vel non sit. Nam (ut scribit Aristot. lib. 2. Rhet. hac de re agens) simul est causa cum eo, cuius est causa, & sine causa nil est. Quod cum intelligerent non solum iuris nostri conditores, sed & antiquissimi Oratores, historici, ac poætæ, rerum gestarum actionumque humanarum causas summa contentione peruestigare semper tætarunt. Et (ut cæteros prætereā,) inter multos Virgilius ipse perquirat anxie causam, quæ Aeneas tot perperus sit labores, cum in primo Aeneidos ita statim canit:

*Musa mihi causas memora, quo numine laeso.
Quidne dolens regina Deum tot volvere casus.
Insuper pietate virum, tot adire labores.
Impulerit, tantæne animis celestibus ira?*

Nostri aut iuris conditores tanti solent facere causam, ut eam ante omnia considerent, & interdum ipsi factio præponat, sicuti in l. verum. ff. de furtis, in ca. occidit. 2. q. 2. 8. & in c. origo. 3. q. 4. & in specie annotavit Spec. in tit. de præsumpt. §. species, nu. 5. & in tit. de instrumentorū editione. §. 14. ver. sed quid erit. Et à causa præsumptionem sumi significat aperte Celsus in l. in fundo, in prin. ff. de rei ven. & Scævola in l. vlt. in si. ff. de act. & obl. Et causa tam factio accusandum, quam defendendum consideratur, significavit hoc Arist. lib. 2. Rhet. dū scripsit in hæc verba. Alius locus est à causa, ut si cæ extiterit, factū esse dicatur, si non extiterit nō esse factū. Nam simul cæ est cum eo, cuius est cæ, & sine cæ nihil est. Hinc Cicero cum defendit Roscium Amerinum, considerat nullam causam in Roscio fuisse, quare patrem interficeret. Nam (inquit Cicero) ut illud incredibile est, mortem ablatam esse patri à filio sine plurimis, & maximis causis, sic hoc verisimile non est, odio fuisse parenti filium, sine causis multis, & magnis & necessarijs &c. & ob id in eadē oratione ita scribit; sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. Et idē Cicero in oratione pro M. Cælio, in hæc verba. Quæ fuit causa, quam obrem isti mulieri venenum vellet dare Cælius? Et paulo post: credibile est, igitur, tantum facinus nullam ob causam esse commissum. Causarum species variaz sunt, ac multiplices, quas his recensere omnes difficile esset. aliquas igitur solum ita commemorabo, ut quodammodo exemplis illustretur id, de quo agimus. Sunt hæc causarum species, amor atque dilectio, ira, odium, metus, cupiditas, spes, correctio. Inter causas, è quibus ducunt præsumptiones, alias enumeravit, & alias esse voluit Bal. in l. siue possidetis, col. vlt. C. de proba. Et de his dicam in subsequenti quæstione. A dilectione, & amore factio cœcturam duxit, acutissimi ingenij vir Papin. in l. cum auus. ff. de cond. & demonst. Cum dixit auum ira demum voluisse granare nepotem hæredem restituere hæreditatem sibi substituto, si sine filijs is nepos decessisset. Et Scævola in l. Aurelius §. Titius. ff. de lib. lega. ita scribit. Præsumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri legata, & accedunt c. ea. 2. q. 4. c. de Siraclano, 2. dist. & c. graue, de præb. confert etiā l. non solum. §. de vno. ff. de rit. nupt. & notavit Spec. in tit. de præsumptionib. §. species nu. 5.

Ab ira factio cœctura ducitur, ut cum dicimus, eum præsumi occidisse, qui minatus est velle occidere. Nam ex eo animi iracundia detegitur. Qua de re latè suo loco disputauimus.

Ab odio factio sumitur præsumptio, sicuti apud Cicero pro Milone causam odij considerat Cicero, quo Clodius prosequatur Milonem. Et in iure nostro dicimus præsumi homicidium perpetratum ab inimico, sicq; ab eo, qui eū odio prosequatur, ut vberimè differemus infra 4. iudicio l. efficienti ad torturam.

A metu factio cœcturam, & præsumptionem facimus, ut cum dicimus mulierem adolescentem habentem filium parvulum, non spontè sed metu compulsam, votum castitatis emisisse. c. 1. extra quod metus causa. alia similia suis locis explicabimus.

A cupiditate desumitur factio cœctura, & præsumptio, sicuti Cicero pro Milone coniecturam à cupiditate Clodij, qui dominandi incredibile exardebat desiderio, cui resistebat. Mil. Et à cupiditate argumentantur Doct. nostri, cum dicunt præsumi factio cœcturam, qui affectat dignitates, honores, vel onera, ut tutelarium, & similia, ut dicemus infra lib. 2. præsum. 74.

A spe desumitur factio cœctura, sic enim (ut pro Sexto Roscio dixit Cicero, & supra commemoravi) vita hominū est ut ad maleficium nemo conetur sine spe, atq; emolumento accedere, &c. Quare idē Cicero pro Milone ait in hæc verba. Satis est quidem in illa tã audaci, tam nefaria bellua docere magnā ei causam, magnam spem in Milonis morte magnas utilitates fuisse. Ita et ad excusandū coniectura ducitur à non existenti spe lucrī, & cōmodi, sicuti cū negamus Tabellionē falsum documentum conscripsisse suadente Caio, demōstramus causam nullam, seu spem aliquā lucrī & cōmodi extitisse Caio, ut id fieri suaderet. ita l. C. in l. diuus. ff. ad l. Cornel. de falsis, & copio

sè suo loco infra attingemus. A correctione factio cœctura desumit Claudianus in l. aut facta. §. causa. ff. de pen. s. Cum dixit verbera factio illata à magistro suo discipulo, præsumi ad correctionem, & emendationem illata, & ob id iniuriam non inferre, nec pena digna esse, quæ de re scripti copiosè lib. 2. de arbitrarijs iudicium, casu 364. & alia nonnulla adijciemus infra lib. 5. præsump.

Præsumptionem sumi ex consuetudine, coniunctione & alijs causis, quam ex supra enumeratis demonstratur.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio seu coniectura consuetudine & usu colligitur.
- 2 Præsumptio vel coniectura sumitur à coniunctione, id est, ex his quæ præcedunt & sequuntur id, de quo agitur, & quæ insunt.
- 3 Præmissum & dictum in præfationibus censetur repetitum in sequenti.
- 4 Testatoris voluntatem conijcimus ex his, quæ præcedunt, & sequuntur.
- 5 Præsumptio sumitur ex natura personæ, actus, vel rei.
- 6 Ingratus nemo præsumitur, nisi arguatur, & probetur.
- 7 Furiosum & mente captum qui offerit, id probare debet.
- 8 Alimenta præstita personæ, præsumuntur præstita secundum qualitatem ipsius.
- 9 Stipulatio in fideiussione interuenisse præsumitur.
- 10 Præsumptio verisimilitudine ducitur.
- 11 Stipulans sibi & hæredibus stipulari velle præsumitur.
- 12 Chirographi res iuratio coniecturam facit factæ liberationis.
- 13 Tactare suum nemo verisimiliter præsumitur.
- 14 Vicinis magis cognita esse verisimile est, quæ in vicino loco acta sunt, quam remotis.
- 15 Famam antiquam veram esse præsumitur.
- 16 Causa præsumitur vbi effectus apparet.
- 17 Iudicium subterfugiens per inducias habet contra se præsumptionem.
- 18 Præsumptio, & coniectura ducitur à forma seu modo, & qualitate rei.

QVAERO decimo octavo, an ex alijs causis, quæ enumeratis superiore quæstione duci possunt præsumptiones? Bal. in l. siue possidetis, col. vlt. C. de probat. enumerat has causas: hoc est consuetudinem, coniunctionem, naturam rei vel personæ, verisimilitudinem, & formam, seu modum. Præsumptio primo à consuetudine factio usu colligitur atq; sumitur (inquit Bal.) tripliciter: ex loco vbi aliquid fit: ex persona in loquendo: & ex persona in faciendo, l. vel vniuersorum, ff. de pign. actio. quo loci Caius scribit procuratorem posse pignori dare rem domini, si cōsuevit ita suos procuratores constituere. Quo ex responso sumunt omnes argumentum valere à consuetudine. ita copiosè Soc. Sen. consil. 44. col. pen. lib. 1. Dec. consil. 44. num. 10. Neuiz. lib. 1. Sylua nupt. nu. 2. 11. ver. sic. à consuetudine. Euerardus in centuria legali in loco ab vltimo. Paris. in consil. 47. numer. 86. lib. 1. Benuenut. Strac. in tract. de mercatur. tit. mandati. num. 20. sic in l. si seruus plurium. §. vlt. de leg. 1. vbi Iulianus conijcit voluntatem testatoris legantis ab eo, quod facere consuevit. Ita pariter in l. cum de lanionis. §. asinum. ver. scilicet. item cacabos. ff. de fund. instr. instrumentoque leg. cum Paulus coniecturam facit ita à consuetudine patriæ, ut intelligatur quid in legato comprehendatur.

Sic quoque in l. Mela. §. 1. ff. de alim. & cib. le. vbi alimenta ea censentur à testatore relicta, quæ is solitus erat præstare tempore mortis suæ. Quæ sanè verba, quæ præstare solitus erat, à Bar. valde obscure in l. 1. nu. 7. C. quò & quado iudex interpretantur: Bellonus lib. 2. supp. iuris, cap. vlt. & Cagn. in l. diem functo, num. 135. ff. de off. ass. Benuen. Straccha in tract. de mercatura, part. 1. nu. 8. Ita in l. dñi prædiorū. C. de agrico. & cens. lib. 1. constituerunt Imp. Valen. & Valens, colonos teneri ad præstationem pensionis pecuniariæ, si consuetudo ita se hæt. Ceterum vberius hæc de præsumptione suo loco dicemus.

Secundò sumitur præsumptio (inquit Bal.) à coniunctione, factio hoc est, ex his quæ præcedunt, & quæ sequuntur id, de quo agitur, & quæ insunt. Sicuti in l. licet quia. §. vlt. ff. de paci. Paulus ait, censeat repetitum in subsequenti, quod in præfationibus dictum præmissumque fuit. Ita in l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandata. scribit Vlpianus ex sententia Papiniani, ex præcedenti donatione, & liberalitate præsumi, & subsequenter quod responsum egregiè post factum declarat Curt. Inn. consil. 34. num. 5. & consil. 4. nu. 3. sic in l. hæredes. §. sed si notam. ff. de testam. ait idem Vlpianus ex vicinis scripturis coniunctionem fieri eius quod reliquit testator, & ibidem scribit Bar. & cæteri omnes. Ita in l. si seruus plurium. §. vlt. de leg. 1. Iulianus scribit testatoris voluntatem factio conijci ex his, quæ præcedunt, & sequuntur. Ita in l. Titia. §. idem respondit. de verbor. oblig. Et de duabus his coniecturis, & præsumptionibus aliqua dicemus infra quæst. 25. cum agemus de obseruando ordine, in colligendis coniecturis, & præsumptionibus.

Tertiò sumitur præsumptio factio ex natura personæ actus vel rei. Nam (inquit Bald.) præsumendum est, quælibet persona, & quælibet res, & quælibet actus sit secundum suam naturam, & sicut eius requirit natura. Ita probat l. qd si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edicto. quo loci præsumptio sumitur à notione personæ. Qua de re diximus supra quæst. 14. Ita quoque in l. omnimodò. in princ. C. de inoff. testam. sumitur præsumptio ex ipsa natura, ut quilibet bonus esse præsumatur, atque ita non ingratus nisi arguatur & probetur, ut ibi declarat gl. in verbo, nō licebit, Gomez. de gratijs & expectatiuis, num. 80. & dicemus infra lib. 5. præsump. 2. nu. 3. & præsump. 4. n. 11. sic in l. ne codicillos. C. de cod. scriptum est, codicillos præsumi factos scd in suam naturam, i. ab eo qui sanæ mentis est. Et ideo qui adferit aliquem esse furiosum factio mē-

tecaptū probare id dēt, cū secundū naturā quilibet præsumatur sanæ mentis, & declarant copiosè Paris. consil. 87. n. 3. 4. li. 3. Dec. & ceteri in l. furiosum, n. 20. C. qui testat. fac. poss. & vberius suo loco dicemus. Ita in l. vlt. Cod. de alim. pup. præst. respondit Alexander Severus alimenta factio præsumi præstita personæ secundū naturā, & qualitatē ipsius personæ, quæ alioqui de vento non præsumitur vivere. De qua quidem coniectura egregiè scribitur Alef. in tract. de præsum. reg. 1. præsum. 50. & alij plures, quos suo loco commemorabimus. Ita quoque in §. vlt. in instr. de fideiuss. scribit. Iustin. præsumi in fideiussione adhibitam factio fuisse stipulationem, cū natura ipsius actus fideiussionis id requirat. Qua de re dicemus vberius suo loco.

Quartò sumitur præsumptio factio secundū Bald. à verisimilitudine. Sicuti in l. si pactum. ff. de probat. quo loci à verisimili coniectura ducitur, stipulantē velle sibi, & hæredibus suis stipulari, pariter in l. Labeo. in si. ff. de paci. vbi coniectura sumitur factio liberationis factæ ex pacto de non petendo à creditore debitori, si creditor chirographum debiti restituit, cum non sit verisimile, quod restituisset, nisi ei fuisset satisfactū. Idē est in l. cum de indebit. co. in princ. ff. de prob. quæ dicimus verisimile non fuisse, quod quis velit iactare suum, & propterea sumitur coniectura, quod quis solvere voluerit debitum, & hæc de coniectura plura scribunt Dec. in consil. 350. col. 2. Marf. sing. 56. & Crauet. in consil. 77. num. 13. in consil. 106. nu. 11. & in consil. 142. num. 27. & nos suo loco multo vberius dicemus. Ita etiam in cap. quanto de præsumpt. ait Gregorius Pontifex Max. esse verisimile factio magis cognitū esse vicinis, quæ in vicino loco acta sunt, quam remotis. Et sub hac præsumptione continetur (ait Bald.) quod de fama factio antiqua dicitur, quæ verè esse præsumimus, cum verisimile sit quod diu in ore hominum fuit, l. si arbiter. ff. de probat. Quæ de re suo loco dicemus post Alex. in consil. 208. col. pen. lib. 2. Crau. in tract. de antiq. temp. secunda particula 4. partis princ. num. 4. & Cuiacium li. 3. obseruat. cap. 26. Ita etiam continetur, quod præsumatur causa factio vbi apparet effectus, l. cum de in rem verso. ff. de vsur. copiosè scribunt Bart. & ceteri, & suo loco abundè nos disputabimus. Ita quoque includitur factio præsumptio contra illū, qui subterfugit iudiciū per inducias, l. diuus. ff. de cust. reo. & c. nullus. de pres. vbi scribentes oēs, & expli cabimus infra lib. 2. præst. 88. Et de præsum. & coniecturis, quæ à verisimili colliguntur, plura inter cæteros scribit Euerard. in centuria legali, in loco à verisimili.

Quintò præsumptio, & coniectura (ait Bald.) ducitur factio à forma seu modo, & qualitate rei, sicuti in l. 1. C. vnde vi. vbi ex modo defensionis conijcitur, an excessus factus sit in se defendendo. Quæ de re præter Doct. ibi, ac Alciatum de præsumptionib. reg. 3. præsumptio. 39. dicemus abundè infra li. 5. præst. 64. Ita pariter in l. si non conuitij. C. de iniurijs. ex mō, & forma verborum sumitur coniectura & præsumptio, an animo iniuriandi, vel nō dictum id fuerit. Et de qua quidē coniectura dicemus infra lib. 5. Et ex his declarari pot traditio Bal. in rub. ext. de præsum. n. 3. cū dixit præsumpt. duci à re, loco, & tempore.

Præsumptio à facto quomodo sumatur, & animum cognosci ex facto.

S V M M A R I V M.

- 1 Voluntatem magis ex facto quam verbis declarari.
- 2 Factum tribus temporibus consideratur.
- 3 Præsentia solent estimari ex præteritis.
- 4 Exitus bonus non potest expectari eorum, quæ malo principio sunt inchoata.
- 5 Castè quæ vixit, præsumitur esse, & futura casta.
- 6 Factum præsentis temporis coniecturam facit ad præterita & futura. & num. 7.